Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8293
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

et non ab alio. Ubi scire te frater mi dilecte desidero.
quod duplex est excomunicatio. quedam occulta et in ipsa
que a solo deo procedit. et talis excomunicatione solus deus
excomunicat. ut deus omnem hominem pro mortali
peccato secludens eum a regno celorum et societate omnium
sanctorum. Alia excomunicatio est manifesta que
fertur a iudice. vel a iure. et talis procedit ab
hominibus. et tali excomunicatione homines excomunicant
pro mortali peccato. et pro inobedientia. quia inobedientia
quasi semper includit mortale peccatum. et non
tantum inobedientes excomunicantur. sed etiam eis
participantes. quia videtur eorum crimen confor-
tare. et eis in crimine consentire. et incurrunt
canonem. de excomunicatione qui dicit. Qui excomunicato
scienter et sponte participat eadem sententia excomunicatur
in iudicio. nec absolvi potest nisi per sedem apostolicam.
Quia canones dicunt quod consentientes et facientes
pari pena puniuntur. et sic excomunicati ab officio
dignitatis exercendo. sunt suspensi. ita si excomunicati
mortaliter peccant. quia sunt indigni. et in mor-
tali peccato. quod frustat omnem utilitatem omnium bonorum
operum. quo ad vitam eternam. et hoc patet ex
corporibus excomunicatorum mortuorum quia
quidem excomunicati integra manent. et abluuntur
super uemente mox solvuntur. Deo excomunicatis
officia ecclesiastica exercere parte utilitatis est
unum mortaliter peccant preter horas dicendo
quia ibi debitum solvunt obligatum. et quia tui
non sunt missi. sed sententia excomunicationis vinculati.
hoc predicatores missi predicant non missi. et vinculati
obiciunt dicentes. quod possunt ubique et semper
predicare quando vellent. Sed est contra. Sancta
paulum. ad Romanos. x. cap. qui dicit. Quomodo
predicabunt nisi mittantur. et Innocentius papa
tertius. de hereticis. excomunicamus. dicit. Nonnulli
sacerdotes auctem predicandi vendicant et usur-
pant non missi ipsis contrariando. Mandamus
ergo ut prohibeant talia fieri. de dni missione

Sed dicetis. fr mi dilecte tu et ceteris in hoc facto
tibi ad hereticis missi sumus a papa Martino v.
Tunc dicit. Iniuste in mundum universum
predicate omnis creature. Ubi frater
mi dilecte scire te cupio cum ceteris quod duplex est
missio. quedam habitualis. et alia localis. Habi-
tualis fit a papa per eius consecrationem. et alia fit
per prelatum loci ad missionem. Habitualis quilibet
sacerdos missus est missione habituali a papa. tu
quilibet sacerdos qui iuste predicare utiliter. ita.